

*collatio*, quod distinguunt per materiam & genitum, quia materiam non suam, sed aliam perficit per formam remanente generacionem: *sua unam* materia *non* perfecta est forma, & ex hoc, quod aliquat per formam, perficit aliam materiam, quam suam: & ita sua alia est ab illa, quae peccatum forma est: cuiuscuque autem est aliud materia, ex quo materia est pars essentiales eius, ipsum est aliud ab eo. *Dico* tunc, quod *assimilatio*, vel *similitudin* principals ratio est ipsa *inter generare*, & *genitum*, & hoc non secundum unitatem, vel identitatem individuum inquantum forma haec, sed secundum unitatem, vel identitatem illam numerorum, inquantum forma est, & secundum hoc, est ratio dignitatis. *Forma* autem est principialis ratio distinctionis, quam materia: quia sicut forma est illud principialis quo compositum est, quam materia: ita est principialis, quo compositum est unum, & per consequens in se indistinctum, & ab aliis distinctum: appropriate tamen, distinguendo & estimando in contra dilinitione, iocundia est affinitatis, (a) ita quod non accedit propria, quia non est qualitas substantialis: vel accidentalis: materia autem est distinctiva appropriate loquendo, quia necessario ex hoc, quod est forma, distinguatur ab illa materia, quia probabet formam, & ita compositum a composite. Potest etiam alio modo compositum intelligi aliud propter materiam, sicut propter causam aliquotatis praesertim. *Forma* enim geniti, licet sit causa alienata in composite, *principiorum*, quam materia, non tamen est causa praesertim hujus alienata, sed materia, & hoc quia ipsa praesertim privata, & ideo non potest esse eadem cum materia informata.

### QUESTIO SEPTIMA.

*Uirum plures Angeli possunt esse in eadem specie?*

*Q*uid non, quia Philosoph. 7. (b) *Met. cap. de partibus diffinitis*, dicit quod ia his, que sunt sine materia, idem est, quod quid est, & illud cuius est, igitur cum Angelus sit sine materia, quod quid est, est illud eius est, ergo impossibile est Angelum distinguere ab Angelo, nisi quid est eius distinguatur a quod quid est alterius: ergo non potest esse distinctio individuum in Angelis, sicut enim eadem quid est. *Praterter*, Avicen. 9. *Metaph.* ponit ordinem Intelligientiarum, ubi videtur velle, quod Intelligenzia inferior preceudat a superiori quasi ipsam creante, illa causalitas non est in aliquo respectu alterius ejusdem speciei. *Praterter*, arguo per rationem. *Omnis* differentia formalis est differentia specifica, Angelus autem cum sint plures, & forme differunt aliqua differentia formalis est.

li 2

a Averr. de Ani. c. 2. q. 7.  
b Tex. 30. q. 1. q. 43.

li: ergo specifica. *Probatio* major. sumitur ex 8. *Metaphysica* (a), ubi formae comparantur numeris, in quibus quodcumque additum, vel subtractum variat species, ita formae: igitur, &c. Item 10. *Metaphysica* (b) *Malefici*, & *famini* non differunt specie: quia *malificas*, & *famincas* sunt differentiae materialis forma bus manus, ex hoc innatu quod differentia formales omnes distinguunt specie: quia forma, & specie idem sunt. *Praterter*, omnis forma separata a materia in se habet totam perfectionem speciei illius: ergo si ponatur aliqua talis forma in specie, ut forma huius Angelii, & illius, illa erit illa, & illa erit illa, quia utrumque Angelus est forma separata a materia: & per consequens qualiter habet perfectionem totius speciei. *Probatio* antecedens, quia quod forma non habet totam efficiatiam speciei, hoc est, qui participat eam: non autem habet efficiatiam formae: per participationem, nisi ut sit in materia: igitur, &c. *Praterter*, in entibus perfectis nihil est, quod non intendatur a natura, sed pluralitas numeralis non patet se intendere a natura: quia differentia numeralis, quantum est ex se, potest intendi in infinitum: infinitas autem non intenditur per se ab aliquo agente, quia autem sicut in Angelis, tanquam in perfectissim entibus universi, sunt per se intenta: ergo non est in eis differentia numeralis, sed totum specia, in qua prima pars per se pulchritudo universi. *Praterter* 2. de *Anima* (c), videatur haberi, quod multitudine individualium non est nisi propter salvationem speciei, sed in incorrigibilibus salvavice sufficienter natura in uno individuo: ergo, &c. *Constatetur*, ex primo C. el. & mun. quia in corporibus super celestibus (d) non est nisi unum individuum unius speciei, scilicet unus Sol, & una Luna: ergo, &c. Oppositorum arguitur per *Vimaf*. in *Elementatio* cap. 12. secundum unamquamque speciem fecit Deus Angelos.

Qui dicunt ad questiones precedentes de individuatione, principiis individuationis, eis quantitatam, vel materialiam (a), dicunt conqueuerent ad illam quae rationem negativa: scilicet quod non possunt esse plures Angeli in eadem specie, quia non potest in Angelis ratio propria talis differentiationis inventari, & habent dicere, quod non tantum hoc est impossibile ex proprietate intrinseca, sed etiam ex proprietate extrinseca; quia simpliciter est incompatibile: ita quod nullo modo natura isti potest competere distinctio individualis, ex quo sit repugnat illud, quod praeceps potest esse principium talis distinctionis: sicut impossibile est ut sub animali esse plures species, si repugnaret animali alia, & alia actualitas, per quas species distinguuntur. Fundamenta autem istius opinionis, in aliis questionibus precedentibus dicta sunt. Tenenda est ergo conclusio simpliciter opposita, quod scilicet simpliciter possibile est plures Angeli esse in

M. 4

eadem

a Tex. 10. b Tex. 25. c Tex. 34. q. 35.  
d Tex. 92. q. 1. q. 2. q. 3. q. 4. e Reg. quodd. L. quest. 7. Goff. 3<sup>o</sup>  
f I. 2. d. 3. q. 4.

et idem facit, quod probatur: primo, quia omnis quidditas quantum est de se communicabilis est, etiam quidditas divina, quia nec ex perfectione repugnat sibi, ut pars de essentia divina, nec ex imperfectione repugnat, quia convenient generalibus, & corruptibilis, nulla autem est communicabilis in identitate numerali, nisi sit infinita: ergo quilibet alia est communicabilis, & hoc cum distinctione numerali, & ita propositum.

Præterea, quilibet quidditas creatura potest intelligi (a) substantione universalis abesse contradictionem: si autem ipsa de se esset haec contradictione esse, intelligere eam sicut ratione universalis: tunc est contradicatio intelligentia divinam sicut ratione universalis, vel universaliatis; quia ratio intelligendi, repugnat omnino sub objecto intellectu, quod est intellectum esse fallit. Præterea, si Deus potest hunc Angelum in hac specie annihilare, non annihilato, potest illam speciem de novo producere in aliquo altero individuo non autem in illo secundum illos, qui sunt illius opinio[n]es, quia homo secundum illos, non potest refutare idem numero, nisi anima intellectiva maneat eadem numero. Item, anima intellectiva distinguitur numero in eadem specie, & tamquam sive forma pars, licet perfectiva materies; igitur non est impossibilitas a parte formazionis, quod distinguantur numero in eadem specie, quidquid enim concluderet istam impossibilitatem ratione forme in Angelis, concideret in animabus. Quod si dicas, quod anima habent inclinationem ad diversa corpora: igitur per haec distinguuntur. Contra, inclinatione non est entitas absoluta, quia non potest aliquid inclinari ad se: ergo presupponit aliquam entitatem absolutam, & distinguit, quia enim est haec anima, ideo habet talium inclinationes, & non est contra ergo haec inclinatio, non est ratio efficiens hanc animam, sed prædisponit eam. Et confirmatur hoc etiam per aliquos, quibus est inconveniens, quod aliqua species simul tota sit damnata natura intellectualis simpliciter: multe autem species essent Angelorum, in quibus nulla esset salvata postea positione; igitur non est vera. Et percludetur prima positio per hoc, quod dicit Augustinus in Enchir. cap. 28. (b) Placuit itaque usi veritatem creatoris, atque moderatoris Deo, ut quoniam non sita multius Angelorum Deum deferendo periret, illa quo periret in perditione perpetua renunciaret: que autem cum Deo, illa deferente persistebat, de sua certissime cogitata, semper futura felicitate, gauderet: alia vero creatura rationalis, que in honoriis erat, quoniam peccatis, atque suppliciis & originaliis, & propriis, viva periret, ex ejus parte reparata, quod angelica societas ruina illa diabolica minorata, suppletur, ita totaliter, & partialiter in Angelis non videtur esse rationalibilis, nisi potuerit, quod nulla species Angelica quantum ad omnia individua totaliter periret, & ita aliqui de qua-

cum-

a. D. Tho. in q. d. 44. q. 1.  
Mag. in 2. d. 21.

b. Quarto D. Tho. in 3. d. 10. q. 2.

eu[m]que specie corruerunt; & aliqui perhibent: igitur, &c. Præterea, si concedatur, quod quidditas Angelii ex se in plura sit divisibilis, vel pluribus communicabilis, & per consequens, quantum est de se in infinito, quia non est ratio finitaria ex parte multitudinis numeralis, si per hoc quod ipsa natura producatur, est in ipsis individuo, auctiora possibilites ejus essendi in pluribus; et ergo in hoc individuo secundum totam communicabilitatem suam, & per consequentem infinite, quia est infinite communicabilis secundum in quidditatem suam: igitur ille unus Angelus est, formaliter infinitus: conseq[ue]ntia autem est inconveniens, igitur antecedens.

Dico igitur, quod omnia natura, que non est de se actus pars, potest secundum illam ad realitatem, secundum quam est natura, esse potentias ad realitatem illam, quia est haec natura; & hec de se non includit aliquam entitatem quasi singularem, ita non repugnat sibi quocunque tales entitates; & ita potest in quocunque talibus inventari. In ea tamen, quod est nosce esse ex se, est determinatio in natura ad esse hoc: sive tantum est, quantum potest esse: quia quicquid potest esse in natura, est ibi, ita: quod determinatio non potest esse per aliquid extrinsicum ad singularitatem si possibilis sit in natura per se ad infinitum, secus est in omni natura possibili, ubi potest cadere multicudo.

Ad primum argumentum dico, quod licet Philosophus intelligat ibi per se de materia, hoc est de entitate contrahente per se, quiditatem, tamquam applicando ad habens materia[m], que est altera pars compo[n]iti, & non habens, concedo intellectum Philosophi fuisse, quod omnes non habens materia[m] pro aliqua natura componente, est idem f[act]o, quod quid est, priuio, quia omne tale, quod quid est, ponit per se hoc, & ratio ad hoc est, quia omne tale, quod non habet materiam partem sui, potest formaliter necessarium, quicquid autem potest esse in natura formaliter necessaria, est in ea: ergo quilibet, quod potest habere illam quiditatem, habet eam, quia non est potest distans ab actu: igitur omnem possibiliterem, quam posuit in tali natura ad supposita, posuit in actu, si autem ibi est possibilis ad plura individua, eius possibilites ad infinita: igitur essent infinita in actu; quare cum infinitas sit impossibilis in aliqua natura: igitur & in hac natura secundum eum est impossibilis ad infinitum: ideo est de se haec secundum ipsum.

Sed discordamus ab eo in hac propositione: *Omnis quidditas non habent materia[m] et formaliter necessaria*: & ideo in conclusione, rationabilis est enim Theologo discordanti a Philosopho in principio, propter quod tunc aliquam conclusionem, consequenter discordare in conclusione, quam errare cum eo in conclusione, & discordare ab eo in principio; propter quod ipse erravit. Ita enim concordare cum eo, nec est philosophus, nec Theologus sentire: quia talis non habet rationem, que valeat apud Philosophum, quia nec Philosophus concederet conclusionem nisi propter principium illud: nec ad conclusionem suam habet principium Theologicum, quia

pro-

praeceps ad ea est principium philosophicum, quod ipse negat. Per idem patet ad Ayteen. dico, quod intentio eius tuis, quod tantum sic unus Angelus in una specie. Sed propositio cui hac conclusio immititur, scilicet, quod Angelus superior creatus inferorum a nullo Theologo, vel Catholico conceditur; quare nec eius conclusio debet concedi ab aliquo Theologo. (a). Ad rationem primam alias huius dictum, quod differentia formalis potest accipi pro differentia in forma: & hoc videtur proprie significare hoc, quod dicitur *differencia formalis*: vel potest accipi: *differencia formalis*, pro differentia formarum, licet non sit in forma, ut in ratione differendi. Primo modo potest concedi major, & sic est minor falsa. Probato, autem minor, scilicet, quod Angelus differt ab Angelo, qui est forma, ergo habent differentiam formaliter: & includit fallaciam Consequens, non enim sequitur, forma differentia, ergo formaliter differtur; vel differunt in forma: sicut non sequitur, homines plures differunt, igitur in huminitate differunt. Aliud enim est aliquid distinguendi, & aliud ipsum esse primam rationem distinguendi, vel distinctionis: quia unum haec, quod ipsum sit distinguendum, stat quod ipsum non sit ratio distinguendi: cum hoc autem quod ipsum sit prima ratio distinguendi, non sit ipsum non eis distinctionis. Et ratio Logica est ad hoc, quia negatio inclusa in nomine *differencia*, non tantum coniunctum terminum hujus relationis continet, & distributivae; sed etiam illud, quod specificat differentiam, ut in quo notatur esse differentia. Hoc quippe confunditur, quantum ad negationem inclusum in hoc nomine *differencia*, quia si Sortes differt a Platone in albedine, non est idem ibi nec in hac albedine, nec in illa albedine. Si autem accipitur major impræceptio, scilicet iuxta secundum intellectum: nego maiorem. Ad probationem dico, quod Philosophus loquitur in 8. *Metaphys.* de forma, prout indicat quidditatem: quod apparet ex prima comparatione formatum ad numerum, dicit enim. Si enim (inquit) sunt aliquantitas numeri substantia, sic sunt, nam divisionis numerus quidam divisibilis est, etiam in indivisibili, non enim infinita rationes, & numerus autem tale: hoc est resolutionis distinctionis: ne sit ad indivisibile, sicut resolutio numerorum ad indivisibile: & talis distinctionis est ejus, quod vocat *substantia*, hoc est quidditaris, non forma, que est altera pars ejus. Hoc autem modo dico, quod nihil additur formae, quia varietas speciem: vel similitudinem, hoc est de una specie aliam faciat contraria, vel disparitatem: vel secundum quid, hoc est de non tali specie faciat talern speciem, puta si addatur differentia pertinens ad esse quidditarum generi, faciet speciem specialissimam, & non prout talis species specialissima, sed tantum prout species intermedia. Et hoc modo dico, quod quicquid est circa naturam in inferioribus, nihil addit formae: five sit proprietatis individualis, five magis, vel minus, vel quodcumque aliud: quod non respicit naturam, & est in suo esse quidditarivo; non sufficit, nec addit aliquid substantiaz hoc modo. Exemplum hujus est,

si uni-

a. Ad 2. Supra q. 4. ar. 4. contra opinio n. 10. 17. dist. pr. T. 7.  
b. Met. Vide 1. dist. q. 9. us.

si unitas inquantum pars ternarii est pars praeceps inquantum distinctionis numeralis, vel individualis, & tamen ipsa posset in se intendi, & remitti; ita differentia est etiam ejus per se, & per accidentem inquantum est pars ternarii: id est non est aliud ternarius unitate intentus, & re multa. Quando ergo dicit, quod quicunque distinctio formarum, est sicut distinctio numeri; falsum est, nisi sit ex eis secundum esse formale, quod pertinet ad quidditatem per se. Se pali non est hic. Ad illud de 10. *Metaphys.* dico, quod est fallacia Consequens, intendendo ex textu omnes formas distare specificas, vere enim Philosophus vult ibi, quod differentia non formalis non est specifica: sed ex hoc non sequitur, quod omnis distinctionis formalis sit specifica: sed istud est, quod isti volunt habere, sicut non sequitur in affirmativis aquipollentibus istis: quia universalis affirmativa non convertitur terminis eodem modo de habitibus a Philosopho igitur accipi potest, quod sola differentiationis formalis est specifica, non quod omnis differentiationis formalis est specifica, quia licet exclusiva inferat affirmativam de terminis transpositis: non tam eodem modo de terminis non transpositis: sed est fallacia Consequens, sicut convertendo indefinitum in universalem affirmativam: immo ex illo loco magis videtur accipi oppositum hujus propositionis: *Omnis differentiationis formalis est specifica.* Differentia enim hominis alii, & qui nigri est differentia formarum, & aliquo modo per formas: non tamen specifica differentiationis secundum eum ibi: quia illa forma respecta naturam, in quibus sunt, non sunt formales, immo consequentes individui non autem per se consequentes, vel per se determinantes esse quidditarivm. Ad aliud dico, quod si aliquod individuum ex hoc solo, quod est sine materia, habet in se totam speciei perfectionem, que ex se para est esse in infinitis, & quantum est ex sensu videtur habere perfectionem infinitam ex sola carentia materia: quicquid autem potest habere perfectionem infinitam, habet eam: & ita in qualibet specie esset perfectio infinita, & per consequens perfectio speciei non est finita, vel determinata per determinationem, vel specificationem, vel limitationem differentiationis ultime, que ultimate species constituit, addita generi, quod est falsum, & contra omnes Philosophos. Falsa est ergo ista proposition, quod scilicet illud individuum, quod potest esse sine materia ex hac sola causa privativa, quia est sine materia, habet totam perfectionem speciei. Quia si cum hoc ponatur, quod nihil possit fiat circa ipsum, sed solo separatio materiae, nihil ponitur, quod non praedit. Si autem intelligatur prout habet aliquam probabilitatem, quod scilicet forma si est separata a materia, ipsa habebet totam perfectionem speciei: quia non participabilis a materia; illa est falsa, & per principium, nisi intelligatur prout materia dicit illam entitatem individualem contrahendente formam. Hoc modo intelligendo aquivocationem illius propositionis assumpta, omnis forma habet totam perfectionem speciei, & est de se bac, que non est participabilis a materia, & tunc est minor sublumpia ab Angelo, simpliciter falsa, quia licet ista essentia non sit participabilis a materia, que est altera pars compositi: est

tamen

tanen participabilis a pluribus materialibus, id est a pluribus individualibus habentibus quidditas materialis; que dicuntur materiales, sicut lepro dicuntur, respeccio quidditatis contrafacta, prout quidditas dicitur tota. Ad aliud dico, quod in forma arguendi est tallacia Conscientia; infinitas non intenditur, igitur nec pluralitas numeralis. Non enim pluralitas numeralis est de infinita, sed tantumflare potest infinita, ipsa non repugnare: licet ego nullus intendat infinitatem per se, tamen aliquis potest intendere multitudinem numeralem, quae de se non est infinita, quia sicut compatis secum infinitam, ita & finitatem, & sic potest intelligi illud cum numeris dictum eorum. Et secundum veritatem, licet in toto universo principaliiter ordine intendatur secundum distinctionem specierum, in quibus est imparitas pertinens ad ordinem: tanen quia secundum Augustinum de Civit. lib. 19.c. 15. Ordo est parium imparium verum usque loca sua distribuens congrua dispositione. Ab illo autem agente, qui principaliiter intendit ordinem universi, sicut principale bonum fortificum sit, non tantum intenditur ista imparitas, que est unum requiri ad ordinem, scilicet speciem: sed etiam partitas individuorum in eadem specie, quae est aliud concursum ad ordinem. Et similiter individua intenduntur ab ipso primo, prout ipsius intendit aliquid aliud a se, non ut finem, sed ut aliquid aliud ad finem. Unde propter bonitatem suam communicandam, & propter suam beatitudinem, plura in eadem specie produxit, in principaliibus autem entibus, est a Deo intentum individuum principaliiter, & cum hoc modo sumunt, non intenditur differentia numeralis, falsum est: & cum probatur, hoc modo potest esse infinitas; non sequitur, potest esse infinitas, & ista infinitas non intenditur: ergo nulla differentia numeralis intenditur; non sequitur. Potest enim est: aliqua differentia numeralis finita (a), & est, & ipsa potest intendi, & intenditur. Ad ultimum, licet Philosophus dicat, quod generatio est perpetua ad salvandum esse divinum: & hoc in corruptibilibus. Unde ista est una causa multiplicitudinis individuorum, in eadem specie: sed non precipua causa, sed illa, qui dicitur est.

Et quod additur, de corporibus coelestibus, quod tantum in una specie est unum singulare corpus.

Respondeo, sua ratio fuit, quod tale corpus singulare fuit ex tota materia illius speciei, & hoc non tantum actuali, sed etiam potentiali secundum eum: quia secundum eum nulla ex ea materia possibilis manente specie talis, que non erat tota in uno singulare in tali specie, nihil enim posuit posse producere novum in immobilibus seu in sempiternis, secundum quod talia sunt, scilicet immobilia, & sempiterna, & quia non concordant cum eo Theologii in hac proportione, omnis corpus sempiternum vel ex tota materia illius speciei actuali, & potentiali: ideo non est concordandum cum eo in conclusione.

## QUESTIO OCTAVÆ.

An Angelus possit se cognoscere per essentiam suam?

**C**irca secundum principale, scilicet cognitionem Angelorum, querimus quatuor. Primo, (a) Utrum Angelus possit se cognoscere per essentiam suam; ita quod essentia sua sit ratio cognoscendi sine aliquo representante precedente actu naturaliter? Quod non, quia hoc non est, nisi quia eius essentia est acta intelligibili, & praesens, secundum Augustinum in pluribus locis: ergo ipsa est ratio intelligendi seipsum respectu ipsius. (b) Sed hoc est contra Philosophum tertio de Anima, qui vult, quod anima intelligat se sicut alia, & quod nimirum corrum est, quod sunt ante intelligere. Et quod non potest se intelligere, alius non intellexit.

Præterea, essentia Angeli est singularis: singulare autem non est per se intelligibile, (c) nec per se ratio intelligendi ergo &c. Præterea, omnem cognitionem potentiam oportet secundum id denudari ab illo, quod est ratio cognoscendi: sed Angelus in quantum cognitus non denudatur ab essentia sua: ergo non est ratio cognoscendi seipsum. Probatio majoris, tum secundum Philosophum secundo de Anima, Operari, (d) inquit oculum esse extra omnem colorem, ad hoc ut omnem colorum possit videre. Tum ex tertio de Anima, ubi vult, quod intellectus est immixtus, & immaterialis, ad hoc, ut omnia possit intelligere. Præterea, nihil idem patitur a seipso, quia idem est in actu, & in potentia: essentia Angeli est idem sibi: non ergo est obiectum imprimitum immediate in ipsum intellectum. Item, si ita est, tunc ipsa intellectio estet eadem, vel idem cum Angelo, vel essentia sua: consequens est falsum, quia hoc proprium est soli Deo, quod sua intellectio sit idem cum essentia sua: ergo & antecedens est falsum. Probatio consequentia, quia medium inter extrema magis inesse utriusque extremo, quam alterum extremum alteri extremo: intelligenter media inter potentiam, & objectum: ergo si idem est potentia, & objectum, multo magis erit idem actus cum obiecto. Confirmatur, quia intellectio non habet distinctionem, nisi ab obiecto, & potentia. Contra, aliqua forma materialis est ratio agenti secundum essentiam suam, sicut calor in igne ad calefaciendum: aut saltem aliqua forma in communione: aliter est procelsus in infinitum in rationibus agenti: ergo cum immaterialis magis sit activa, quam materialis, forma immaterialis erit per essentiam suam ratio agenti actionem: suam sibi competentem: talis est ratio obiecti ad actum cognoscendi.

Hic

a. Mag. C. Quære Var. bic. b. 8. Tr. i. c. 7. & 10. Tr. 14<sup>o</sup>.  
Trin. c. 4. & 8. Tr. 15. Trin. c. 1. & 7. c. Tex. 2. & 13.  
d. Tex. 7. & 12. Tex. 4.

Hic dicitur: (a) quod fieri in actione transcendentia, obiectum sit separatum ab agente; tamen in actione immanente oportet esse unitum ipsum operari: & ut unitum est ratio formalis talis operationis: immaterialis, sicut species visio[n]is in oculo. Ex hoc ultra cum essentia Angelorum de se sit unita intellectui suo, potest esse principium intellectus, quae est operatio immaterialis. Et si obiectus, quod oportet formam talem inesse illi, cui inest talis operatio. Videntur respondere, quod forma existens in alio est principium operandi, & si per se est, nihil minus est principium agentis: sicut calor separatus est principium caloris quantum ex se est: ergo ita est de essentia Angelorum, quod licet per se subsistat, potest tamen esse ratio operandi istas operationes immediate.

Ratio igitur op[er]is formatur sic: Quod est per se ratio agentis alieni, si sit separatum, potest esse principium agentis, ut patet de calore: sed obiectum unitum alio actione intrinsecis, sive immaterialis est ratio agentis: igitur, licet sit separatum, est principium illius actionis: igitur essentia Angelorum, licet non unitar intellectui per inscriptionem, sive alias rationes unendi, erit sibi ratio intelligendi.

Et si obiectis iterum, quod oportet passum aliquid recipere ab agente; hic autem intellectus nihil recipit ab ipsa essentia: quis non ponitur aliqua species praecedens actum. Respondit, quod potestis cognitiva aliqua quandoque est cognoscens in potentia, & quandoque in actu: alia autem non sic. Quod autem oportet eam recipere, hoc non est: quia potentia cognitiva, sed tanquam quia est quandoque in potentia ad actum, non sic hic: quare, &c.

Contra hanc opinionem posuit, ut videtur, quod intellectus sit in potentia efficiendi ad operationem, vel intellectu[m], quam ponit immanenter: & quod tota ratio operationis sit obiectum unitum sibi in sua operatione, sicut ager est in ligno tota ratio calefaciens. Ex hoc arguo: Nihil potest habere principium operationis aliquius immaterialis, nisi sit in actu per illud, quod est principium talis operationis: intellectus autem non est in actu per illam essentiam, in hoc, quod per se subsistens, quia non innotescit, nec activitatem aliquam tribuit ipsi intellectui: ergo per hoc, quod talis essentia per se existens est praefons ipsi intellectui, non potest intellectus habere operationem, cujus essentia; vel similitudo nata est esse ratio. Confirmatur istud per exemplum solum contra ipsum: quia licet calor separatus efficit calefactionem, vel ratio calefactionis, non efficit ratione calefactionis ligno, a quo efficit separatum: ita quod si calore dicatur operatio immaterialis, impossibile est calorem separato a ligno, lignum habere illam operationem immanente[m], quae calefacere: ita in proposito. Item secundo contra illud, quod dicit, quod potentia co-

gni-

a. D. Th. 1. p. q. 56. ar. 1. & 54. ar. 2. & in hoc 2. In aliquibus originalibus op. Hen. postulat hic primo loco & D. Th. in secundo, in aliisque concordia.

gnitiva nihil recipit, quia non est in potentia quandoque, quandoque in actu. Contra, obiectum respectu eius; quod est in intellectu de eo, scilicet respectu intellectus, non est tantum causa in fieri, sicut est adiutor respectu domini: sed est causa tam in fieri quam in esse. Alioquin siudicatur corruptio manet dominus, ita obiecto quanumcumque absente; vel corrupto in ratione obiecti remaneret illud, quod est ejus, ut obiectus, apud intellectum; quod est falso, sicut in vita appareat. (a) Causa autem in esse & in fieri semper aquae caufat, ut patet de Sole respectu radii: ergo si obiectum respectu cuiuslibet sibi, est apud intellectum sine receptione sua speciei, quia ponitur principium intellectus: & cum obiectum semper aquae caufat, & per consequens intellectus semper aquae recipit. Non igitur solum ab obiecto recipit intellectus, quia recipit actum huius, quem quandoque non recipit: sed quia ipsum est causa in esse respectu ejus, quod habet, semper recipit illud ab eo.

Ideo dicit Gandensis altera qualibet, quæst. 14. quod Angelus non cognoscit se per essentiam suam, sed per habitum scientiarum, in quo intellectus sui representatur sua essentia, sicut essentia aliorum: ita quod si per se in nuda substantia sua, per impossibile ponatur absque omnino habitu scientiarum, a nullo omnino immutaretur ad actum intelligendi, neque a sua essentia propria, neque ab alia. Ratio autem, qua ibi innovat, est haec: intellectus Angelicus per se, & primo nullam essentiam particulariter per se intelligit, sicut nec intellectus noster: quia essentia non representatur intellectui, nisi ut sunt abstracta ab omnibus conditionibus particularibus, quia scientia non est nisi eorum, quae necessaria sunt, & incomparabilitatem sua essentia fortunatur; secundum Boet. in sua Arithmetica, quales solum sunt essentiae, (b) ut abstracta a conditionibus singularibus. Sed essentia per seipsum in actuali existentia, non representatur intellectui, nisi sub ratione particularitatis; in habitu autem presentatur, & relacet sub ratione universalis: igitur primo intelligit suam essentiam, ut relinet in habitu: & illa cognita in universalis ab intellectu Angelii, est medium cognoscendi suam essentiam singularem: sicut & qualibet alia species, est sibi ratio cognoscendi quæcumque singularia sub ipsa.

Contra illam opinionem arguo, inconveniens est, quod intellectus creatus perfectus, ex toto ordine causarum naturalium, non possit in actu intelligendi intelligibilis sibi proportionatum: quia hoc potest intellectus imperfectior, ut humanus, cum ordine causarum naturalium, ut cum phantasmatis, & cum intellectu agente, sed hoc sequitur, si Angelus nihil possit intelligere nisi per ipsum habitum, quia ille habitus a solo Deo est: & ita omnes cause naturales activas, & passivas, non possunt ipsum habitum causare.

Præterea, si non potest intelligere essentiam suam, nisi ut reluet in habitu, aut hoc est, quia obiectum non est intelligibile, nisi sit

zelucens in habitu; aut quia non est huius intellectui intelligibile, nisi ut sic sit relucens, aut quia requiritur praeterea objecti per informationem. Non primo modo, quia tunc Deus non posset illam cognoscere nisi per habitum, vel nisi in habitu: quia non potest cognoscere aliquid, nisi sit intelligibile. Nec secundo modo, quia huius intellectui est summe proportionata, & non est objectum magis adterquam, & proportionatum alicui intellectui, quam suo. Nec tertio modo, quia non requiritur presentia per informationem ad hoc, ut aliquod intelligibile sit praeiens intellectui: quia tunc Deus non cognoscet essentiam suam. Unde sufficit, quod sit praeiens substantia, qua potest ad eadem reditione cum plecta: ergo est proportionatum intellectui ejus, presentatum prae-ratione per habitum: igitur alio modo est ab ipso intelligibilis, quam per habitum. Præterea secundum hoc opinantur eadem est ratio intellectivitatis, & intelligibilitatis: quia immaterialis secundum ipsum: sed essentia Angelorum est immaterialis secundum se, igitur secundum se est intelligibilis: sed tanta est intelligibilitas uniuscuiusque, quantum est ejus immaterialitas: ergo Angelus secundum se sine habitu tali est intellectivus, & intelligibilis. Præterea, si Angelus non potest intelligere nisi per talen habitum, sequitur, quod non potest cognoscere existentiam rei. Probo, quia illud cognoscens non potest præcise cognoscere existentiam rei, quod cognoscit per rationem indifferenter ad existentiam, & non existentiam: sed talis habitus si ponatur, indifferenter se habet ad representandum existentiam, & non existentiam: quia quidquid representat, naturaliter representat: aut igitur sibi representat. Autem, & non forte: & tunc nihil representat, quia contradictionia ante tantum. A. est: & si non cognoscet ipsum quando non est a tantum. A. non est: & si & converso: igitur, &c. Confirmatur, quia impossibile est, quod aliquid sit representativum alicuius secundario, nisi prius objectum representatum determinetur ad illud: quidditas autem, que primo per ipsum habitum representatur, non determinatur ad existentiam, ergo, &c. Præterea, contra hoc, quod dicitur, quod non intelligit per se particulae, nisi per universale: quia singularitas non impedit quin intelligatur alter Deus non posset seipsum intelligere, nec etiam limitatio, quia sic quidditas Angelica non est per se ab ipso intelligibilis: nec est ibi materialitas, aut alia conditio impedit: ergo, &c. Præterea, rationes quas facit contra speciem, sunt aquae contra habitum, ut patet intuitu.

Ad questionem igitur dico, quod Angelus potest intelligere se per (a) essentiam suam, secundum intellectum exppositum in principio questionis. Quod probo primo, quia objectum habet aliquam causalitatem partialis respectu intellectus, & hoc inquantum est ad intelligibile, & intellectus habet suam causalitatem respectu eiusdem actus, secundum quoniam concutitur cum objecto ad talen actionem.

a. De isto alterius in I. d. 3. q. 24. 7. n. 20.

näm prædicta prædicendum: ita quod ista duo quando sunt in se posse, & una sunt una causa integræ respectu intellectus. Ex hoc arguitur sic: omnis causa partialis, quæ est in actu nisi per se proprio, secundum quod talis causa potest causare, causalitate sibi correspondente, effectum, & quando est unica alteri causa partiali in actu potest causa per se causare, sed essentia Angelii est de se in actu primo correspondente objectum quia de se est actu intelligibilis, & etiam de se est unica intellectui sicut objectum in conjunctione utique causæ partialis: ergo potest immediate cum alia causa partiali unita habere actum perfectum intellectus respectu sua essentie. Præterea, in intellectibus habentibus species intelligibilium ista species virtute objectorum cum intellectu causant intellectum, in quibus tamen objecta habent esse diminutum: ergo si in se habent tale esse absolute simpliciter, & esse sibi actu intelligibile, & posse mutari, & virtus causare eundem effectum, & quidquid potest causari ab aliquo diminuitur: tali est in aliquo esse, virtute alicuius simpliciter tali, potest ab illo simpliciter tali causari: sed essentia Angelii, ut in te, est præiens intellectui suo, quæ quidem essentia est simpliciter tali, scilicet actu intelligibili in te, qualis ipsa est secundum quid in specie intelligibili: igitur si in specie intelligibili ubi habet esse tale, secundum quid potest causare intellectum, multo magis hoc potest, est in se secundum esse simpliciter, & absolute. Objetetur contra istud primum, quia secundum hoc, etiam res sensibilis posset innaturare ab ipsius specie intelligibili causare intellectum, quod negatur est in lib. dicitur. Probatur conseq[ue]ntia, quia res sensibilis præsentans illi simpliciter talisqualis est secundum quid in specie intelligibili: igitur si in specie intelligibili, ubi est secundum quid, potest causare intellectum, magis ut est in se secundum esse simpliciter, & absolute. Præterea videtur contra illam propositionem posse argui, sicut argumentum est contra opinione, quia nihil est aliud ratio operandi operatione immannente, nisi informis illud: essentia autem Angelii, licet sit actu intelligibilis, & præiens intellectui, tamen non informat ipsum intellectum: ergo non est ei ratio operandi operatione immannente. Præterea, ita duo agentia semper concurunt ad eundem effectum communem: igitur habent ordinem, cum non fiat eiusdem rationis, alterum igitur est prius, sive superior, alterum posterius, sive inferior: & ita unum est movens motum, & alterum in respectu eius erit movere non motum: objectum autem non est movere in omnibus respectu intellectus: igitur intellectus est movere motum respectu objecti. Præterea quartu[m], quod dicitur de istis causis partialibus concurrentibus ad eundem effectum communem, videtur inconveniens: quia duo distincta genera non possunt causare esse cum eiusdem rationis: spirituale, & corporale, sive intelligibile, & sensibile distincta genera: quare, &c. Probo maiorem, (a) cum quia duas illas rationibus in causa partialibus correspontentia aliqua duabus

stincta in effectu; & ita idem effectus est corporalis; & spiritualis; quod est inconveniens. Tum secundo quia omnes agens est praestans patiente: corpore autem, sive sensibile nullo modo est praestans spirituali: igitur non potest esse agens respectu ejus, nisi virtute aliquo alterius praestantioris agentis; & ita erit movens; & motum. Tunc tertio; quia tunc unum posset ita intendi, quod virtus tota anchorum esset in altero; & tunc illud potest cauſate istum effectum sufficiens sine alio: quod est inconveniens de talibus duobus agentibus. (a) Ad primum dico sicut dictum est dist. 3, primi, ideo posita est species intelligibilis differens ab actu, quia objectum, sive in se existente sive in quaenam specie extra intellectum possibiliter, non habet rationem actu intelligibili, & tunc concedimus hoc, quod ubique que est aliud existens secundum quid tale; & potest aliud facere simpliciter, si effectu simpliciter tale in actu, posset impliciter ideo facere: Objectum autem tale secundum quid est in specie intelligibili: & non est extra istam actu intelligibili: & ideo licet in illo ubi est secundum quid, possit cauſare diminutum intellectionem: nam quam tamen extra istam potest cauſare nec diminutum, nec perfectum: quia non est extra istum actu ens tale, sed potentia tantum, quale est suum adiuvium: efficientia autem Angelorum est diminutus ens tale in specie: est autem in se simpliciter ens tale, scilicet actu intelligibili: quare, &c. Ad secundum dico, quod contra illam opin. (qua non potest intellectum habere activitatem aliquam aliam ab illa; quam habet formaliter ab objecto vel per speciem objecti, sicut nec lignum habet aliquam actionem in calcificando autem ab illa; qua est calor) necessario sequitur: quod intellectus non habens aliud formaliter, non operatur formaliter: & ita argumentum est contra 3<sup>um</sup> primam (b) opin. que hoc ideo videtur sentire de intellectu: sed sicut dictum in initia primo lib. intellectus habet activitatem suam propriam, sive objectum presente in se; sive in specie sua concurrente secum ad causandum effectum communem amborum, ita quod sufficit unius, & approximatio illarum partium causarum: nec tamen requiritur: quod altera alteram informet, quia neutra dat alteri actum pertinentem ad suum causitatem partialiem. Ad tertium dico: quod movens motum, potest intelligi duobus modis, vel quod recipiat a suoveno non motu formam aliquam qua moveat, sicut actum primum: vel quod ipsa forma habita sicut actum primus, recipiat ab eo aliam formam ulteriorem sicut actum secundum qua agat. Primo modo est ita quod buildam causam ordinatis, quod prima dat virtutem secundam: hoc modo non est in proposito, quia nec intellectus ut agens cauſatit suam partiali, sed specie objecti istum actum, quo operatur ad intellectionem: nec multo magis & converso, quia species nullam activitatem ad intellectu pertinenter ad causitatem ejus. Secundo modo via deretur illi in quibusdam motentibus localiter, sicut manus moveat baculum, & baculus moveat pilam: non autem manus dat baculo du-

titem, per quam expellit corpus extra locum, sed dat præcisus baculo motionem localem, qua feliciter applicatur ad itam expulsionem propter incompossibilitatem corporis ducti ad aliud corpus, quod non cedit ei: hoc modo videtur illi in agentibus ad aliquem effectum producendum per generationem; vel per alterationem: quia licet ibi causa ordinata habeant alias rationes causandas, & merito non caueat nisi in virtute superiori; ita tamen virtus, sive affinitas & sive influentia (quomodoconque notuuerit) non est impressio aliquis formæ; vel aliquis inherens incausa in inferiori; sed tantum est ordo; sive actualis conjunctio talium causarum activarum, ex quibus sic conjugantur, & suis propriis activitatibus praesuppositis conjunctioni, sequitur effectus communis ambarum causarum. Ad proportionem igitur dico, quod non solum ista non sunt movens; & motum prius o modo: sed nec secundo modo proprio, sicut se habet Sol, & patet in generatione: sed tantum sunt due causæ, quae ex aequali se habentes, quantum ad hos, quod neutra per se totaliter movere: & tamen una habet priorem causitatem respectu effectus, quam altera. Forte enim causa inferior nunquam agit in virtute cause superioris, proprio loquendo; nisi in forma sua qua agit, aliquo modo dependeat a superiori: forsan licet non tunc quando agit recipiat eam ab illo, sed prius duratione, vel natura. Nec enim objectum dependet ab anima; saltem ut in intellectu possibilis, quantum ad istam formam, qua actualiter operatur ad istam intellectionem; nec multo magis & converso: & ideo nullo modo est objectum movens motum respectu animi, ut alterat ad intellectionem. Potest tamen esse movens tunc eius inquantum ipso recipit speciem intelligibilis; sed tunc non movere animam quantum ad causitatem, quam habet anima per se, sed per accidens quantum ad istam formam, quam habet respectu causa partialis inquantum operatur ad illam. Et hoc modo dictum sicut in primo dist. 3. (a) quod intellectus agens, &phantasma sunt una causa totalis speciei intelligibilis: & ulterius species intelligibilis; & aliiquid anima, sive sit intellectus agens, sive possibilis; sunt una causa totalis intellectionis: ita quod in primo signo objectum, sive phantasma moveat animam ad intellectionem, & non ad actum primum, qui sit anima, ut anima est sed ad illam, qui est relativa causa partialis sibi prævia; in secundo autem signo, objectum omnino non moveat animam, neque ad actum primum, neque ad aliquam aliam causam concurrentem, sed præcisus agit ad effectum communem: & tunc anima per suum actum, quern habuit, agit in suo ordine ad eundem effectum, ita quod nulla est ibi motio animi ad agendum prior naturaliter effectu producito: Ad effectum tamen moveatur anima non inquantum activa, sed inquantum receptiva illius effectus: & licet sit mota, non tamen est movens mota, quia non moverat ad movere activa, sed ad recipere. Ad quantum dicto, quod illa propositio prima est falsa de causis partialibus quoniam

cumque ordinatis ad eundem effectum: hoc est, quod sit ordo effectus: talis enim, & non sicut omnino ejusdem rationis, tales enim, que sunt alterius rationis, non sunt tantum distincte species, quia huiusmodi non concursunt communiter ut causa ordinata ad eundem effectum: nec tantum distincte numero, quia tunc non efficit alio ius rationis, vel generis: Igitur distincte genera. Et si accipias, quod non in tali genere. Ex ratione distinctionis generis, non potest <sup>z</sup> queri magis hoc, in hoc genere, quam in alio.

Ad argumenta principalia. Ad primum, contendo, quod anima de se actu intelligibilis est, & predeas sibi: & ex hoc sequitur, quod possit intelligere se, si non efficit impedita. Nihil enim deficit actu primo, neque ex parte unita causa, neque ex parte ambarum, neque a parte unionis carius: & ita totus actus primus de se perficit est, ad quem debet sequi iste actus secundus, qui est intellectio, & forte propter hoc dicit frequenter Augustinus, (a) quod anima novit semper se, propter itam propinquitatem ad actum noſcendi, ubi nulla est imperficiatio in actu primo. Hoc autem modo anima non semper novit lapidem, quia eti⁹ semper habet actuū perfectum intelligentiam lapidem, ratione sua propriae causalitatis partialis: non tamen semper habet aliam causam partalem in actu praesentem. Et ideo potest dici, quod quandoque est in potentia essentiaſ ad intelligendam lapidem, quando scilicet ea: ista forma, qua tanquam alia partiali causa, nata est esse in actu, & in actu unita sibi. Et hoc modo trinitatem ponit Augustinus, (b) & tamen ad solam memoriam pertinet, quia istud totum non est nisi praesentia objecti sub ratione intelligibilis, quod pertinet ad memoriam: sed in hoc est intellectio virutalis objecti illius, quae pertinet ad intelligentiam, & hoc modo cum voluntate sit praeſens in actu primus perfectus ad habendum actu secundum, respectu sui, est quadammodo actu secundus, sicut effectus in causa efficiente, ut in voluntate, & in eo fine quo non, ut in intelligentio: sed quia nihil est de isto coto in actu, nisi solam, quod pertinet ad memoriam, id est tota ista trinitas, que scilicet nata est illa trinitas, tantum est in memoria, quantum ad realitatem eius adqualem. Sed quare non exit iste actu totalis primus in actu secundum, cum in se per se sufficiens principium elicendi actu secundum? Respondeo, quia est impedimentum, quod ita causa videntur non potest: sicut quantumcumque poneatur causa naturalis perfecta, numquam tamen posset agere propter impedimentum vincere. Sed quod est istud impedimentum? Respondeo, intellectus noster pro statu isto non est natus moveri immediate, nisi ab aliquo imaginabili, vel sensibili extra prius moveatur. Et quare hoc? Forte propter peccatum, sicut videtur August. dicere 15. Trin. cap. ult. *Hoc tibi feci infirmitas. Et qua causa infirmitatis, nisi iniquitas?* Idem dicit Commentator. & Eibic, & Linco-

nensis

a. Tri. c. 9. § 10. Tri. c. 10. § 14. Tri. c. 4.  
b. De Imagine hac vide Sec. I. d. 3. qu. ult.

nientib⁹ ibidem, & super prim⁹ Posteriorum similiſter (a). Vel forte ista causa est naturalis, prout natura isto modo instituta est non absolute naturalis, puta si ordo iste potentiarum, de quo dictum est, in primo distat, necessario hoc requirat, quod quodcumque universalis intellectus intelligat, oportetphantasmum actuphantasmare singulare ejusdem: sed hoc non est ex natura, nec ista causa est absolute naturalis, sed est ex peccato, & non solum ex peccato, sed etiam ex natura potentiarum pro statu isto, quicquid dicit August. Ad formam argumenti igitur dico, quod ista causa, quae est ex parte Angeli, est sufficiens ad hoc, quod ostendit Angeli sit sufficientia rationis intelligendi feliciam. Etiam ipsa talis est ex parte anima, sed in anima sunt impedimenta, in Angelo non. Non enim intellectus Angeli habet talē ordinem ad imaginabilia, sicut habet intellectus nostri pro statu isto. Et propter itam impotentiam intelligendi immediate intelligibilia in actu (qua impotencia non est ex impossibilitate intentionis, sed exusexitate, quam etiam experiebatur Philosopher, & non aliquam possibiliteratem) dixit ipse Philosopher, quod intellectus non est aliud intelligibilem arte intelligere, id est, non est possibile intelligere se, an intelligere aliorum. Quod propositio multiplex est secundum compositionem, & divisionem, sicut illa 6. logic. hoc nunc est primo immortale, vel incorruptibile, ex eo, quod propositio cum suo causulis equipollet adverbiali determinationi, & potest constui cum intuitivo illo significante terminum potentia, & est sensus compositionis, vel cum ipsa compositione significativa per terminum, vel per verbum indicativum, & est sensus divisionis, ut primus sensus sit iste, non est possibile intellectum incendi a se ante intelligere aliorum: & iste sensus verus est secundum eum. (b) Alius sensus est, quod ante intelligere aliorum intelligibilem a se, non potest intellectus intelligere se, & sic ista est secundus ista, hoc nunc primo est immortale, falsa est pro homine in statu innocentiae, & hoc modo Philosopher dicit, quod anima intelligit se, sicut alia. Et secundum statu modum expositionis movetur ad objectum imaginabilibus: & eis cognitis, potest ex ei cognoscere rationes communes immaterialibus, & materialibus: & ita reflectendo cognoscit se sub ratione communis sibi, & imaginabilibus, non autem potest statim intelligere se nullo alio intellectu, quia non potest statim moveri a se, propter ordinem potentiarum eius necessariorum, pro statu isto ad imaginabilem (c). Ad secundum, unus Doctor dicit, quod singularis potest per se intelligi, licet non singulariter materiale: quia singularitas non prohibet, sed materialitas, alioquin Deus non esset intelligibilis, cum sit singularis, quod falsum est. Et tunc patet responſio, quod propositio assumpta de non intelligendo singulari, non est vera, nisi de singulari materiali. (d) Alius dicit,

dicit, quod non est felicitas nec se, nec alia intelligit sub ratione figurarum materialis, vel immaterialis, sed sub ratione universalis, quod est per se objectum intellectus, quod etiam relinet in habitu intelligibili. Et secundum hoc patet responsio ad argumentum. Neutrum credo esse verum, nisi forte loquamur de intellectu, qui propter imperfectionem sui non potest esse quodcumque intelligibile intelligere: non sic intellectus Anglicus.

Ad tertium dico, quod ratio istius propositionis majoris in potentia sensitiva est vera, ex quod omnis potentia sensitiva requirit determinatum organum: unde ex determinato numero potentiarum organicarum, concludit Philosophus (a) secundo de Anima determinatum numerum a triorum, vel objectorum, siud autem organum oportet ita esse dispositum, ut possit recipere ipsum sensibile sine materia, & in corporibus, quicquid est recipiun formam sine materia, non est recipiun forme communiter cum materia; ido dico communiter, quia non est modo sensu de organo tactus, & de quo est difficultas specialis. Organum igitur sensus oportet esse non tale, hoc est ex parte objecto secundum suu n esse materialis, & sensibile, non tantum in actu, sed cum potentia, quod non sit recipiun istius secundum esse materialis, secundum quod est, ipsum est objectum sensus, sicut bene apparet de colore, cujas recipiun secundum esse materialis est superficies corporis terminata; recipiun autem eius sine materia est corpus perfectum, sive nota terminatum, & ita opposita dispositiones requiriuntur in organo sensus, quod debet esse recipiun sensibilis sine materia, & in eo quod debet recipere objectum secundum esse materialis; ido oportet organum demandari a forma, quam recipit, & per consequens sensum, qui est in tali organo. Ex hoc sequitur propositionem Pui opif., 3, de Anima (b), quod felicitas intellectus non sit potentia organica, & ido separatur ab omni materia, sicut in omni organo, quo operatur: si cuius requireretur aliquis, illud esset determinata dispositionis, sicut est omne organum corporis: & ido ex hoc, quod est recipiun aliquorum secundum esse materialis determinatum, propter determinatam dispositionem corporis non est recipiun omnium formarum corporalium secundum esse immaterialis, & ita intellectus non potest recipere formas omnium materialium, ut objectorum, si est virtus materialis, & organica, tanta hoc habito, quod sit non organica, non oportet ipsum esse non tale realiter, quale illud, cuius debet esse recipiun intellectus: non enim oportet oppositam esse dispositionem in recipiun aliquius realiter, & intellectus, supposito quod intellectus non sit virtus organica, quod tamen requiriatur, si est virtus organica: idem enim intellectus potest esse ipsius realiter, & in actu per habendum realiter: & tamen recipiun in intellectus, & sibi, & habitus, & conjugemque informatum cum

a Text. 128. Vide 2. de Anima 1. 121. T. 1. 38. Vide in 4. 1. 44.  
b Tex. com. qd 11. 14. 16. 19.

realiter. Eret tota ratio, quia talia sic recepta intellectus, non requirunt in recipiente determinatam dispositionem, opositam aenti intelligibili reali. Ita igitur propostio, que dicit, quod oportet cognoscere esse non tale, vel esse denudatum ab eo, quod cognoscit, vel recipit, & a ratione cognoscendi, si generaliter accipitur, concludit omnem intellectus esse nullum; quia omnis intellectus secundum se est talus enim, & ita ipse nihil erit rationis, & intellectus iste est falsus. Sed tantum non est materiale, vel organicum, ut sit capax omnium, qui est fieri materialis, vel organicum, est tantum capax aliquorum sive materia, quorum talis receptione non repugnat sua entitati materiali: sua autem entitati intellectuali non repugnat receptione intellectus quorumcunque (a). Ad quartum responsum est frequenter, quod idem potest se movere, non tantum motione corporali, sed etiam spirituali: & etiam universaliter quacunque actio visualis univoca potest itare cum potentia ad actum suum formalem, & tunc quomodo idem non sit in potentia, & in actu, prout sunt differentiae entis oppositae, neque per se, neque denominative: & tamen idem est in potentia, hoc est principium passivum, & in actu, hoc est principium activum ejusdem, hoc frequenter dicuntur.

Ad ultimum, esti aliqui concedant conclusionem illam ibi illatam, videtur impossibilis, qua tunc sequeretur, quod illa intellectio est acta infinita. Potest enim intellectus quicunque esse infinitorum intelligibilium, & si tunc haberet intellectum eandem sibi, pati ratione intellectus eius cuiuslibet est eadem sibi, & ita haberet intellectum eandem sibi, que est, vel esse, posset infinitorum intelligibilium. Nego igitur consequentiam. Et ad probationem dico, quod intellectio illi secundum veritatem est extremitum tam respectu potentie, quam respectu objecti, quia effectus est amborum: sicut quando a diversi cognoscere, & cognito patitur notitia, notitia illa est effectus communis sutorum duorum, & de Tri. cap. u. ita etiam, quando gigante ab oceano habet rationem tam potentie, quam objecti, est effectus illius unius habentis realiter illam duplicitatem causitatem, & non medianus inter idem, & se secundum naturam rei, quomodo mediat medium inter contraria, & de tali medio prout ex natura rei, vera est iste propostio, quod plus convenit cum extremitate quocunque, quam extrema inter se. Ad confirmationem dico, quod intellectio ab alia intellectione distinguuntur per objectum: ab objecto vero, & potentia, distinguuntur per seipsum formaliter. Quod autem ab ea distinguatur causitatem, habet a causa extrinsecis, ut a potentia, & ab objecto, sicut radius habet causitatem a Sole, quod ab eo distinguatur.

a Ad arg. 42. d. 2. qu. 10. T. 3. d. 1. qu. 7. & alibi. Quare 3. de Anima 1. 1. T. 15. & T. 12. Metab. 1. 1.

## QUAESTIO NONA.

An angelus habeat notitiam naturalem distinctans  
essentia divina?

**S**ecundo quarto de intellectione Angelorum a se, & primo, quod Angelus habeat notitiam naturalem distinctam essentiae divinae. Quod non, quia aut est per essentiam divinam, aut per speciem essentiae; non per essentiam, quia tunc est naturaliter beatus, quod non potest competit creature. Non per speciem, quia essentia divina est intimus intellectus, quam sit ista species: igitur superfluit ibi ponere speciem. Quia essentia divina potest ibi efficiens per se facere illud: propter quod ponitur species, quan ipsa species. Philosophus etiam in tertio de Anima (a) non videtur assignare speciem necessariam, nisi quia obiectum non est per se in anima: *lapis*, inquit, non est *id anima*, sed *species lapidis*: quare, &c. Contra, sed igitur Angelus nullam notitiam habet essentiae divinae: & tunc frustra est si datum illud praecipuum verum: *Dileges Dominum Domini tuum*, &c. Finita enim praeceptum illius dilectione, quod omnino ignoratur. Vel tantum habetur notitiam coniunctum istius essentiae: & tunc videtur intellectus iste esse possibilis sicut noster, qui potest procedere a coniuncto ad distinctum: quod videtur inconveniens.

Hic concordant aliqui in ista a gativa (b), quod Angelii non habent distinctam notitiam naturaliter. Probant primo sic, omnis propria ratio intelligendi aliquod objectum per adequationem, representat illud objectum: nulla autem species, vel essentia creatura potest adequately representare essentiam divinam in creaturam. Minor poterit. Tunc quia quolibet tale est finitum: objectum autem infinitum: finiti autem ad infinitum nulla est proprietas, igitur, &c. Tunc, quia species creatura unius rei, magis assimilatur alteri rei creatura, quam Deo, quia utrumque finitum: distinctius igitur representat creaturam, quam Deum, & per consequens non est propria ratio distincte cognoscendi. Denique, si intelligendi: igitur, &c. Item, ratio formalis secundum quam cognoscitur objectum, debet esse determinata, sicut & ipsum objectum, alias non magis representaret: hoc objectum, quam illud: sed Deus est maximus indeterminatus, sicut dicit Augustinus 8. de Trinitate (c) igitur, &c. Praeterea illa species, per quam cognoscitur, est magis imago, quam Angelus, vel anima in se, quod est contra Augustinum qui dicit, quod est aliquid *et imago Dei*, quo particeps eius esse potest. Magis autem potest Angelus, vel anima eius esse Dei particeps naturaliter, quam species, quia non est capax Dei sicut Angelus; igitur, &c. Praeterea,

a. Vide Henric. quodl. 3. qu. 9. Tex. 38. Ratio opp. Exod. eo. 6.  
Deuter. 6. b. Henric. quodl. 6. qu. 1. c. quodl. 4. qu. 7. d. 9. e. quodl. 15. qu. 14. 8. Physic. C. 1. Cat. c. Lapi q. Telle hoc est illegit, sc. 14. Triu. c. 8.

## Quaestio Nona.

Ita, si species divina essentiae est in intellectu Angelii, igitur Angelus naturaliter cognoscere non solum essentiam, sed per sonacum Trinitatem. Consequens videtur falsum, cum hoc Trinitas non sit nisi ratione infinitaria.

Praeterea, si illa species sit in intellectu unius beati, vel Angelii, potest alius Angelus naturaliter acuminare intellectus sui, itam speciem videre: & cum illa sit representativa essentiae, & cotum, que sunt in essentia: runc naturaliter illi Angelus vident species, omnia hac videtur, quod est impossibile, quia tantum ipse runc videtur naturaliter, quantum nos per fidem: igitur, &c.

Istam negativam tenendo si quis sit per quid affirmative cognoscit? Respondebit, quod Angelus non cognoscit essentiam divinam naturaliter (a) per aliquam speciem; neque per aliquam speciem interiorem, neque per aliquam superiorem, sed per essentiam suum propriam: quia ipsa essentia Angelii est *imago Dei*, & similitudo. Unde quodcumque autem cognoscitur per suam similitudinem: igitur Angelus per essentiam suam cognoscit essentiam divinam. Est enim Angelica natura quoddam speculum divinam similitudinem representans, &c.

Contra primum, qui poluit istas rationes ad istam conclusionem negotiavit, arguitur sic, Quia ex essentiæ posset probari, quod per nullum representativum creatum Angelus cognoscit naturaliter essentiam divinam. Et per essentiam non cognoscit secundum eum: quia nulla creatura potest naturaliter videte illam essentiam, & ex hoc videtur sequi, quod nullum notitiam naturalem potuit Angelus habere de illa essentia. Non enim de ea distinetur, & in particulari aliquid videtur: quia hoc non videtur possibile, nisi per essentiam, vel per aliquod representativum distinctius quoniam utrumque negatur. Non autem indistinetur, sive in aliquo priori conceptu communiori, qui non sit proprius isti essentiae, quia omnem conceptum communem uniuersum isti essentiae, & alii. Negat ille. Praeterea, essentia divina, secundum ipsum, nata est tamen facte conceptum unum realem in intellectu divino, ita quod nullus aliis habetur de ea, nisi per intellectum negotiantem: igitur illa essentia nata est facte tantum per se conceptum unum realem in quocunque intellectu. Probatio consequens, omnis conceperus, qui natus est habet, & etiam causari virtute huius essentiae in aliquo intellectu, est natus habere virtutem eius in intellectu comprehendente ipsum: talis est divinus intellectus: igitur. Et etiam sequitur, quod conceptus nullus realis posset haberi, de ista essentia, nisi unus. Probatio illius consequens, quia omnem conceptum realem, quem potest aliquis intellectus habere de ista essentia, ipsa potest causare: aliquid non est perfecta in ratione obiecti: quia illud, quod est in ratione obiecti imperfictissimum, potest causare omnem conceptum de se causabilem. Et tunc sequitur ultra, quod vel intellectus Angelii habeat illum unum conceptum, undecunque causetur: vel emulatio nullum habebit. Illum autem habere non potest, nisi vel cogno-

solet

3. D. Thos. 1. p. qu. 5. G. 5. tr. 3.

fesse per essentiam, vel per propriam rationem representantem: quare nullum habet.

Contra secundum, qui ponit, quod Angelus intelligit illam essentiam per seipsum, in quantum est imago Dei, licet imago, que est tantum ratio cognoscendi representans non ut cognita: sicut est de specie visibili in oculo, & de specie intelligibili in intellectu, quae representat objectum immediate absque discursu: tamen illa imago, per quam non cognoscitur illud, cuius est, nisi ut per speciem cognitam, non est ratio cognoscendi illud; nisi tantum per discutitum, sicut discutitur a cognito ad incongitum, sed essentia Angelii tantum potestponi imago secundo modo, & non primo modo: non igitur per illam imaginem cognoscit Angelus essentiam divinam, nisi discutendo: quod est inconveniens, quia secundum eos Angelicus intellectus non discutitur (a). Præterea, omnis de furtis presupponit notitiam illius simplicis, ad quod discutitur: igitur si per illam essentiam cognitam habent notitiam de essentia divina per discutitum, oportet pote habere conceptum simplicem de essentia divina: & tunc illius quæstio est ratio alia prior. Confirmatur etiam, quia nullum objectum facit distinctam notitiam alterius objecti, nisi inclusa in se virtualiter illud aliud objectum, quia unumquidque sicut se habet ad esse, sic ad cognoscere quod igitur non includit aliud virtualiter in entitate, non includit illud in cognoscibiliter: sed essentia Angelii non includit virtutem essentiam divinam sub illa ratione distincta: igitur non est ratio cognoscendi eam distinguitur sub aliquaratione.

Ad questionem igitur respondeo alterius. Primo distinguendo de duplice cognitione. Potest enim aliqua esse cognitionis objecti secundum quod abstrahit ab omnibus existentiis actuali: & potest esse aliqua eius, secundum quod existit: & secundum quod praesens in aliis existentia & & reali (b). Ita distinctio probatur per rationem, & per simile. Primum patet ex hoc, quod possumus habere notitiam de aliquibus quididicatis: scientia autem est objecti, secundum quod abstrahit ab existentia actuali: aliquoquin scientia potest quandoque esse, & quandoque non esse: & ita non est perpetua, sed corrupta te, corrumperetur scientia illius rei: quod latum est. Secundum probatur, quia quod est perfectioris potentia inferiori, videtur eminentius esse in superiori, que est ejusdem generis: in sensu autem, que est potentia cognitiva inferioris intellectus, perfectionis est, quod est cognitiva rei secundum quod in se existens est, & secundum quod est praesens secundum existentiam summa: igitur hoc est possibile in intellectu, qui est supra via cognitiva: igitur potest habere cognitionem rei secundum quod praesens. Et in brevibus utar verbis, primam voco abstractiveam, que est ipsius quididicatis secundum quod abstrahitur ab existentia actuali, & non existentia. Secundam, scilicet que est quiddicitatis, & secundum eius existentiam actualiem, vel quae est rei praesentis secun-

a. 1. p. que 8. ar. 3. De hoc 1. dist. 3. q. 4. & dist. 8. q. 2.

b. 3. & 7. Mls. 1. Pof. & 2. de Anima.

secundum talen existentiam, & voce cognitionem intuitivam: non prout intuitiva distinguuntur contra discursiveam, quia sic alijs abstractive est intuativa: sed simpliciter intuitiva, eo modo quo dicimus intuitivam, iuxta est in le. Illud etiam secundum membrum per hoc declaratur, quod non expectamus cognitionem de Deo, qualis potest haberi de eo (a), ipso (per impossibile) non existente, & vel non praesente per essentiam; sed expectamus intuitivam, que dicitur facie ad tacitum, quia sicut sensitiva est facialis, scilicet rei secundum quod est praesentialiter existens, ita & illa: quam expectamus. Secunda declaratio huius distincti est per simile in potentias sensitivis: aliter enim potentia vel sensus particularis cognoscit objectum; aliter phantasma. Genius enim particularis est objectum, secundum quod est per se, vel in se existens; phantasma cognoscit idem secundum quod est praesens per speciem, que species potest esse ejus; licet non esse existens, vel praesens; ita quod cognitione phantastica est abstractive respectu sensus particularis, quia que sunt dispersa in inferioribus, quandoque sunt unita in superioribus. Ita illi duo modi cognoscendi, qui sunt dispersi in potentias sensitivas proper organum (quia non est idem organum, quod est bene receptivum, & quod est bene retentivum) uniti sunt in intellectu, cum in uno potentia, potest uterque actus competere. Hac distinctione præmissa ad questionem respondeo, quod licet secundi communiter loquentes, non posset Angelus ex puris naturalibus habere cognitionem. De intuitivam, de qua in quarto lib. (b) tamen non videatur negandum, quoniam possit naturaliter habere cognitionem eius abstractam: hoc modo intellegendio, quod species aliqua distincte representat illam essentiam, licet non representent eam ut in se praesentialiter existentem. Bene quidem possibile est habere cognitionem distinctam, licet abstractive: nam abstractive distinguuntur in coniuncta: & distincta, penes rationem aliam, & alias cognoscendi. Ita illam speciem representantem essentiam divinam intellectum Angelico non videatur inconveniens penete intellectu, qui Angeli indicat esse a principio: ita quod licet ipsa non sit naturalis intellectus, hoc modo: quod iste intellectus possit ex naturalibus suis acquisire: neque etiam, quod possit eam habere ex actione aliquius objecti agentis naturaliter, quia non potest eam habere praesentialiter (c) aliquius objecti finiti movensis, nisi essentia divina tantum, que nihil aliud a se causa: naturaliter naturali causatione: tamen sicut per actiones date Angelo in sua prima creatione, licet non necessario sequatur naturaliter ejus, dicentur naturales, distinguendo contra mere supernaturales, scilicet, & gratias, & glorias, ita ita per actiones datus intellectus Angelico qua essentia divina eter ei praesens distincte, licet abstractive, potest dici naturalis, & ad cognitionem naturalem Angelii pertinet, quod quidquid cognoscit Angelus de Deo virtute hujus speciei, aliquo modo cognoscit naturaliter, & ali-

a. De hac divis. Secr. 1. dist. 1. q. 2. & dist. 8. q. pen. & 4. dist. 4. q. 12. 1. Cor. 13.

b. Dist. 4. q. 11.

c. Vide 8. dist.

1. q. 14. quod.

aliquo modo non naturaliter; Naturaliter, in quantum ita non est principium gratiæ actus, nec gloriæ. Non naturaliter autem, quantum ad illam non posset pertinere ex naturalibus, neque aliqua actione naturali. Quod autem talis species posse debet distincte representans efficientiam divinam, licet abstractive; persuaderet primo sic; quia beatitudine naturalis Angelorum excedit naturalem, beatitudinem hominis, etiam si fuisset in statu innocentia, tam Angelus, quam homo per quantumcumque tempus: igitur cum homo pro statu naturæ lapsus posset habere cognitionem de universalis, & volitione consequentem; & pro statu innocentie habere poterit aliquo modo notitiam distinctam; & volitio summi boni sequatur cognitionem ultimi veri; sequitur, ut sic, quod in tali cognitione, & volitione, summi boni distincte, possit haberi major beatitudo ab Angelo, quam ab homine.

Secundo modo persuaderetur per hoc, quod aliquis raptus videntes transfigurati efficiunt divinam, cœstant illo actu videndi, potest habere, memoriam objecti, & hoc sub ratione distincta, sub qua erat obiectum visionis, licet non sub ratione praefatis actualiter: quia talis praesentia non manet post adam in ratione cognoscibilis: igitur per aliam rationem perfectius intellectum taliter, potest obiectum itud in modo objective esse praesens. Et ita non est contra rationem efficiens, quod species illius sit in aliquo intellectu distincte representans eam: igitur nec videtur talis species neganda ab intellectu perfectissimo creato. Nihil enim videatur debet negari ab intellectu summo creato, quod non repugnat aliqui intellectui creando in naturalibus, quia non est perfectione excellens nisi. Aliumque potest probari per raptum Pauli (2), qui transfigurata sunt tantu recordabatur illorum visorum, secundum quod ipsa scribit ad Corinthios. *Sic hominem in Christo anno annos 14. (b) fuit in corpore, fuit extra corpus nesciit Deus scit, &c. & auspicis arcana verba, que non licet homini loqui.* Quod autem post raptum posset species objecti distincte manere, videtur, quia hoc est perfectionis in intellectu, quia potest conservare speciem objecti, cœstante praesentia objecti.

Tertio persuaderet propositum, quia secundum Augustinum, super Genes. 23. (c) dies illi sex non erant in successione temporis, sed in cognitione Angelicae creaturarum ordinem naturalem habentium, ita quod prius naturaliter novis Angelus creaturam in Verbo, secundo in genere proprio: & non tanto ibi, reddit in Verbum laudans ipsum ex opere suo: & in illo iterum vidit rationem sequentis creature naturaliter: ita quid quando Deus dixit. *Fiat lux, videt Angelus se in Verbo eterno; cum fallat est lux, & cum factum est vesper, videt se in genere proprio: & cum factum est vesper, & minus dies unus, ex eo exirexit in laudem Dei, in quo videt secundum creaturam; ita quod illa vita erat terminus praecedentis diei (in quantum ex cognitione*

a 4. dist. 45 qu. 43. b 2. Cor. 12. c Vide August. sup. C. & Com. c. 7.

ne creatura prima. In Verbo, surrexit in cognitionem Verbi, immo requies omnium creaturarum in primo artifice, & opifice; ita distinguens Augustinus singulos dies usque ad diem septimum, cuius erat mane ultima creatura in Verbo, & non sequeratur vesper) & erat principium sequentis diei in quantum videt illam creaturam in genere proprio. Et licet ipse illam cognitionem retinet in Verbo posuerit cognitionem beatificam, sicut apparet ibi in principio 22. cap. *Cum sancti Angeli semper videant faciem Domini, Verboque eius unicenter, sicut Parvi aequali est, præservant, in ipso Verbo Domini prius invenient creaturam universam, in qua ipsi principaliter sunt conditi, petrificatio igitur pertinet ad beatitudinem.* (b) Similiter in eod cap. *Tunc nam ad diem pertinet, non dies ad noctem: cum sublimetur, & sona Angelorum illud: quod creaturam in ipso creatore novarent, referunt in ipsis bonorum, & amorem, in quo aeternas rationes, quibus creata est, contemplantur, eaque concordissima contemplatione sunt unus dies, quem fecit Dominus: cui coniungitur Ecclesia ex hac peregrinatione liberta, ut & nos exultemus, & latorem in eo.* Potest tamen probari ex dictis eius, quod haec cognitio, quæ vocatur communis cognitionis matutina, sit naturalis, & non praecise beatifica: quia secundum eum, *Ita ordo erat in cognitione Angelica, & creature post creaturam, quod prius naturaliter praeescit cognitione Angelicae creaturarum, in Verbo cognitionem earum in genere proprio: factis autem creaturis in genere proprio, statim potuit Angelus cognitionem earum habere in genere proprio: igitur omnes illæ cognitiones in Verbo præcelerent naturaliter cognitionem creaturarum in genere proprio; omnes igitur secundum eum erant simul productæ: (c) igitur cognitionis ista in Verbo naturaliter praeescit productionem earum in genere proprio: sed tunc erant Angelii in statu innocentie, & non beati, quia aliqua mortalia fuit inter creationem, & lapsum eorum: erat igitur aquila cognitione Angelorum matutina, felicitet creaturarum in Verbo existentium in naturalibus, aut faltem non beatorum. Et ita videtur, quod oporteat dare distinctum cognitionem Angelorum stantis in cognitione naturali, vel in gratia: quia alias in ipsa causa praecise cognita non posset prius cognoscere creaturas, & effectus ordinatos, quam in genere proprio. Nam ratio cognoscendi rem confusa, non est ratio cognoscendi eam distincte, & effectus ordinatos. Et si obijacatur quomodo potuit in Verbo non intuitiva, sed abstractive cogniti, alia cognoscere. Respondeo, tota scientia naturaliter est nunc de passionibus abstractive per intellectum, ita quod non tantum subjectum intuitivæ cognitionis, sed etiam abstractive, est illud, in quo cognoscitur passio.*

Dico igitur breviter ad questionem, quia non habemus regulam de intellectu Angelico. Neque enim postulamus attributum illi omnem perfectionem, quae est in intellectu simpliciter; neque tantam imperfectionem, quantum experimus in intellectu nostro: quia rationabilis est

a Alix. b Cap. 30. c Vide Eccl. 8. De his infra. d. 5.

est illi attribuere omnem perfectionem, quia convenientem intellectui creato-  
to, & nulla repugnanti occursit; quod intellectus creatus habeat tal-  
em cognitionem per speciem distincte representantem divinam effi-  
ciam, dum tamen non intuitiva; id hoc videtur ratione conce-  
dere. Reponitur quod Deus potest immediate cauferet ilam intellegi-  
tamen sine specie.

*Reponitur.* Concedo quod Deus potest immediatae causare intellectum, (a) sed quia angelus non potest simul plures intellectus habere, vel illi intellectus, quam Deus cauferet semper in eius si-  
bi actualiter; & per consequen-  
tiam non intelligeret aliud, vel aportet  
quod Deus de novo cauferet illam, potquam Angelus intellectus  
aliud est utrumque est inconveniens. Melius igitur ponitur spe-  
cies causari, ut si habitus, & cognitio per speciem. Et per se  
reducere ad actum quando placet. *Repondeo* sic: (b) Deus rei mi-  
niistrat quas condicis &c: & de Civitate dei causare istum actum  
immediate, sed tunc iste actus, non est in Angelis potestate. Qua-  
re vel posse non credimus ad finem hujus questionis.

Ad ratione pro prima opere, qui improbat istam speciem. Ad pri-  
mam dico, quod non videtur esse proprium vocabulum, loquendo de  
Deo; locum vocabulum effigies. Forte enim effigiam non dicitur ali-  
quid proprie, nisi quod est figuratum: sed utendo propriis verbis, si  
accipiat illi propositio, omnis propria ratio intelligendi aliquod  
objecum per adaequationem, representat illud obiectum: Dico,  
quod hic potest intelligi adaequatio simpliciter entitis ad entitatem,  
vel adaequatio secundum proportionem representantem ad representan-  
tem absolute. Vel tertio modo per adaequationem secundum propor-  
tionem, non abolutam, sed per comparationem ad actum talem. Sicut  
materia dicitur adaequata formae secundum proportionem, licet non  
secundum entitatem, pro eo, quod corum entitatis sunt inaequales:  
tamen ista est ipsa perfectibilis, sicut illa est perfectiva; hoc est, quod  
tanta ista representat, quantum illa est representabilis, prout quod  
illud representat obiectum ita perfectum, & ita perficit, sicut ipsa  
apprehendit a potentia per talen actum, per quem representatur.  
Primo modo universaliter nullum potest representans (quod est ratio  
representandi, & non cognitum) adaequatur illi, quod representat,  
sed deficit, sicut pater de albedine & species albi. Secundo modo ali-  
qua ratio representans per adaequationem, sicut species perfectissima albi  
representat illud album, & ipsa est, tamen quasi comprehensiva vi-  
debit album illud. Tertio modo quaecunque albi species etiam in ocul-  
lo carente, licet non ita perfecte representent album sicut esset re-  
presentabile: tamen perfecte representat illud per comparationem ad  
actum sequentem, quia ita perfecte representant sicut requiruntur ad ha-  
bendum talen actum circa obiectum. Ad propositum igitur dico, quod  
nulla species per adaequationem potest representare effientiam divinam  
secundo modo; nec etiam primo modo: quia illa effientia, que com-

prehensibilis est ab intellectu suo, non potest comprehendendi nisi per ef-  
fientiam, ut per rationem: sed tertio modo, comparando ad intellectum  
creatum, aliquo modo potest habere speciem, quia scilicet ita  
poterit illam effientiam representare: sicut actus talis intellectus attin-  
git. Cum probatur minor, primo per illam infinitatem, dico, quod  
sicut actus numerus potest habere obiectum ex parte sui infinitum, & ta-  
men actus immediatus attingit obiectum, quam species, ita species  
potest representare obiectum infinitum sub ratione infinita: non tamen  
ipsa est adequata in etendo, nec in cognoscendo simpliciter: quia ipsa  
non est principium comprehendendi. Ad aliam probationem de spe-  
cie unius creature respectu alterius, dico quod similitudo naturalis in  
etendo, non est per se ratio reperiendi unius respectu alterius: quia  
hoc album quantumcumque similiter aeterni abho, non est ratio reperi-  
endi illud: species autem, quae multo minus est in emittite natura-  
li, similis huic est representativa: ita his, licet species propter  
suam finitatem in entitate, & in etendo, plus conveniat cum effientia  
creata, quam cum effientia divina: non tamen plus convenientia ea, ea  
convenientia proportionis: quia est representans ad representandum.  
Ad secundum dico, quod determinatio in objecto, potest intelligi du-  
bus modis uno modo ad singularitatem per oppositum indeterminacionis  
universalis: alio modo determinatio ad certum gradum participationis  
per oppositum ad illuminationem illius, quod participatur. Primo modo  
determinatio in obiecto non impedit intellectuam summi boni,  
quod Deus est, immo illi ipsum summum bonum; quod de se singula-  
ritas quadrati est. Secundo modo impedit, quia noui est bonum secun-  
dum aliquem gradum determinatum, sed absolute bonum participabili-  
le ab omnibus gradibus. Et licet Augustinus dicat de hoc bono, & illo  
bono, forte singulare boni, que occurrunt anima, *Tolle hoc, &*  
*telle illud, & vide ipsam bonum, si potes, &c.* Non tamen intel-  
ligit hic, nisi quia illa bona particularia includunt limitationem: qua  
limitatione remota, & ablati starci in illuminatione boni in communione  
& in hoc intelligitur Deus in universalis, ut dictum fuit in *primo libri*  
*dicitur tercia:* agitur de ulteriore statu in bono universalissimo secundum  
participationem: & tunc intelligitur Deus magis in particulari: & illud  
bonum nec est hoc, nec illud per ablationem gradus boni limitans.

Ad tertium dico, quod *imago* uno modo acceptus pro similitudine  
præcise imitantur, sive representant: quia non representans quia co-  
gnita, sed præcise quia ratio cognoscendi. Alio modo *imago* acceptus  
potest imitante aliquod, quod est aliud a se, & representans, quia co-  
gnitum. Primo modo species albi in oculo est *imago*. Secundo modo  
statua Herculis est *imago* eius. Primo modo ita species Dei in Angelo  
magis est *imago*, quam Angelus: secundo modo, Angelus est *imago*, &  
ad illam imaginem pertinet similitudo aliquo modo naturalis in existen-  
do. Et consistit in proposito aliquotiter in hoc, quod anima habet tri-  
nitatem, & unitatem aliquo modo: sicut essentia divina habet: & illa

similitudo concurredit ad rationem beatificabilis. Licet igitur species divina representaret distinctas essentias divinas, quam Angelus. (a) tamen Angelus est magis imago, prout imago est aliquid simile magis in natura, habens acutus similes illis attributis, qui ponuntur in trinitate, eti, ex hoc quod haberet tales actus, convenit esse capax illius, cuius est imago: & hoc per ista media, scilicet similitudinem naturalis in actibus convenit imaginis Dei, prout Augustinus loquitur de ea, quod sit capax ejus, & particeps eius possit. (b) Ad alium posse dic, quod licet illa species in intellectu Angelus sit ratio distincte cognoscendi essentiam divinam, non tamen est ratio distincte cognoscendi modum illius essentiae in suppositis: sicut etiam in nobis distincte cognoscit potest aliqua quidditas creativa, licet non cognoscatur in quibus suppositis sit, vel qualiter sit in eis. Et si obiectetur contra istud, quod quando supposita sunt in natura ex naturali necessitate intrinseca, quod est ratio distincte cognoscendi naturam, est ratio distincte cognoscendi supposita ista in natura: & tunc videtur, quod Angelus posset cognoscere naturaliter essentiam divinam in tribus suppositis, pro eo quod posset naturaliter cognoscere in primo supposito esse memoriam infinitam producendum alterius suppositi. & in duobus est voluntatem infinitam producendum alterius suppositi. Posset dici, quod illa cognoscit non est multe naturaliter, quia ad eam non posset Angelus naturaliter attingere ex naturalibus suis; neque ex causa necessariis alicuius naturaliter agentis, ita quod licet Angelus habens speciem essentiae divinae posset naturaliter uti ea: tamen ipsa species est a causa supernaturali, & supernaturaliter agens. Contea istud obiectur, quia quidlibet etiam aliud a Deo naturaliter cognoscit; licet illas alias species recipiat a Deo supernaturaliter imprimente. Posset dici, quod illas alias species posset habere ab illis objectis in se; nullis autem ab ipsis agentibus, requisitis: sed nullo modo posset habere illam speciem distinctam respectu essentiae divinae, nisi ab ipso imprimente; & hoc non naturaliter, sed supernaturaliter. Ad ultimum dico, quod si tenetur, quod Angelus beatus non videret per istam speciem, tunc nec aliis videntes eam in intellectu ejus, videbili per eam supernaturaliter. Si autem ponatur, quod illa sit ratio ipsi intellectui ut in quo, videndi Trinitatem: potest concedi, quod etiam alii videnti sit ratio, quia etiam & alii habent in se similes speciem videndi: & tunc oportet dicere, quod visus est naturalis uno modo; & non alio modo, sicut est expositor in responsione precedente. Ad alium pro opin. secundam, quod Angelus est imago: dieo quod equivocatur de imagine: quia non est talis imago, que sit praeceps ratio cognoscendi, non ut cognita; sed est imago habens similitudinem naturalam aliquo modo in cognoscendo, & in ratione cognoscendi, ut cognita, & praeceps omnem talen cognoscendi rationem: quae est ratio in quantum cognita oportet ponere aliam pro suppositam discussum ab ipsa.

Ad

a. 2. d. 1. q. 9. 15. inf. d. 16. T. 24. b. 14. Tri. 3.

Ad rationes principales, pater quoniam Angelus posset per rationes distincte cognoscere essentiam divinam. Et cum obiectur, quod essentia secundum seipsum, est incognitus intellectus, quam ipsa species. Dico, quod propter istam incognitatem, posset causare immediate illum actum, quem causat species: non tamen iste actus est in potestate Angelis, sicut nec ipsa causa causans ipsum, & si quandoque celaret ab actu, non posset illum actum iterum habere, nisi absentia illa causante illum actum, quod non est in potestate ipsius Angelis. Ut igitur iste actus, non necessario perpetuus, sit in potestate operantis, ponitur species, per quam poslit perpetuo dñe cognoscere Deum. Per hoc patet ad secundum, scilicet quod non tantum propter hoc, quod obiectum sit praesens anima; est species in anima; sed etiam ut actus sit in potestate operantis.

## QUÆSTIO DECIMA.

*Vtrum ut Angelus cognoscat, quidditates creatas alias a se, requiriatur necessario, ut habeat proprias distinctas rationes cognoscendi eas?*

Quod non 8. Metaphysicæ, (a) forma se habent sicut numeri? igitur per se includit virtualiter imperfectiorum, & per consequens erit sufficiens ratio cognoscendi eam, sicut major numerus est ratio cognoscendi minorum. Confirmatur per Philosophum 2. de Anima (b), ubi vult, quod sensitiva est in intellectu, sicut trigonum in tetragono, & talis videtur esse ordo formarum ordinatarum in universo, tetragonum autem, potest esse sufficiens ratio cognoscendi trigonum: igitur, &c. Item res materialis perfectior est sua species, quia illa ad rem materialem, cuius est, habet habitus mensuratur ad mensuram: sed mensuratur est naturaliter posterior, & imperfectius sua mensura: nihil autem imperfectius res materialis, videtur perfectio rei immaterialis: igitur nulla species rei materialis, erit intellectui Angelis propria ratio cognoscendi; sed illud quod est ei ratio intelligendi quodcumque intelligibile, est ei per se naturalis: vel in quantum intellectus equalis est: igitur, &c. Item Angelus intelligit se per essentiam suam, ex prima questione: igitur, & alia. Consequentia patet, quia eodem modo est quidditas ejus intelligibilis, sicut aliae quidditates creatae sunt intelligibiles: igitur si alii intellectui essentia ipsius est immediata ratio cognoscendi ipsam, pari ratione quidditas alterius, erit ratio cognoscendi se: & ita non erunt propriæ rationes respectu quidditatibus propriarum aliis ab ipsis. Item ex prima propositione de Causis, omnis causa primaria plus influit in causatum, quam causa secunda: igitur. Ita confirmatur, quia intellectus humanus perspicacior, pluta intelligit in una ratione intelligendi, vel cognoscendi, quam minus perspicac: igitur ita videtur intellectus. II.

a. Tex. 10.

b. Tex. 11.